



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XCIX. Die Stadt Stendal mit den rittermäßigen Einsassen der Mark schließt sich der Verbindung der übrigen Altmärkischen Städte und Territorien an, am 21. Dezember 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XCVIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, verzichtet zu Gunsten des h. Geist-Hospitals zu Stendal auf Rechte in Ostheren und Kötthen, am 21. Dezember 1321.

In nomine Domini Amen. Nos Agnes, Dei gracia Brunswicenis Ducissa, recognoscimus tenore prefencium protestantes, quod, attendentes quam sit coram Domino acceptabile, indigentiis pauperum consulere opemque in refectioe pauperum facere, in salutem igitur animarum nostre nostrorumque progenitorum sexus utriusque dedimus in proprium et solempni donacione donamus domui sancti Spiritus intra muros Stendalienses, nec non hominibus inibi decumbentibus presentibus et futuris precariam denariorum et frumenti, censum quoque et serVICIUM curruum, et quodlibet aliud reale sive personale serVICIUM, cum primo et imo iudicio, super uno et dimidio choro siliginis de tribus mansis in Ostheren sitis et super uno choro siliginis de uno manso eciam in Ostheren, et super dimidio choro ibidem, nec non super duobus mansis in Kothene plena proprietate ac libertate temporibus perpetuis possidendum. Renunciavimusque dictis choris precarie, censuum, curruum serVICIO ac iudiciis, nec non omni iuri, quod nobis possit competere ex causa quacunque. Proinde ex parte dicte domus est nobis iuxta voluntatis nostre libitum plenarie satisfactum. Huius rei testes ad hoc vocati et rogati sunt Conradus de Osterborch, Gherardus de Kerkowe, milites nostri, Fritze de Vinzelberg, noster advocatus, Engelke Castell, Velko (Ruleko) de Bismarck, Berengarius et Godeschalcus de Yerchow, consules nostre civitatis Stendall, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniti iussimus prefens scriptum. Tangermunde, Anno Domini MCCCXXI, die sancti Thome Apostoli, per manum Hermanni de Luchowe, nostri notarii.

Bedmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 127 und 135. — Hist. Sammlung IV, 375.

XCIX. Die Stadt Stendal mit den rittermäßigen Einwohnern der Mark schließt sich der Verbindung der übrigen Altmärkischen Städte und Territorien an, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini Amen. Nos Militares in Marchia, Scabini, Consules totaque vniuersitas Burgensium in Stendal coram omnibus prefencia visuris sive eciam ausculturis Recognoscimus publice profitentes, Quod cum honestis militaribus in aduocacia Saltwedel constitutis, necnon cum eadem Ciuitate Saltwedel et Militaribus in Territorio Gardelegghen ac eadem Ciuitate, necnon Reliquis Ciuitatibus, scilicet Tanghermunde, Osterburch, Sehufen, werben, atque cum omnibus Militaribus Territoriis in jam dictis commorantibus compromissimus et nostris iuramentis affirmauimus Sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in his nunc prefixis Ciuitatibus similiter et Territoriis per se vellet violenter esse iudex, recusans et rennuens nostra iura primordialia actenus vt ex nunc et ab antiquo preconseruata, volens manu et Intendens semper iudicare violenta, videlicet Rapinis, Incendiis, Captiuitatibus sive eciam aliis violenciis quibuscumque, debet esse proscriptus in cunctis Territoriis et Ciuitatibus jam quamsepius prenarratis. Ita quod ad compositionem vel gratiam non debeat Recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum Ciuitatum nec

non Territoriorum et bona voluntate, hoc tamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur et debet de antiquo nostro jure nobis a nostris dominis Marchionibus mortuis prestito clare memorie cum honestis et prouidis viris, vtputa cum tribus militaribus vel quinque Burgensibus Sive Septem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi Supra scripta Rata et Illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat, ausu temerario obuiare presentibus Sigilla prememorata Ciuitatis Stendal ac Strenuorum Militum, videlicet Gherardi de Kerkowe, Conradi de Osterburch, Barteldi de buste, Alberti de Swartejoze, Wichardi de Rogchowe, hennighi de buch sunt appensa in sufficiens argumentum. Actum et datum in Ciuitate Stendal, Anno domini M°. CCC°. XXI°, in die beati Thome Apostoli.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel, Fach 6, No. 6.

C. Arneburg und Werben schließen sich dem Bunde der Städte und Lande der Utmarch an, am 21. Dezember 1321.

In nomine domini Amen. Nos militares in aduocacia arneborch constituti, scabini, Consules totaque vniuersitas burgensum in werben coram omnibus presentia visuris seu etiam auditoris Recognoscimus publice profitentes, quod cum honestis militaribus in marchia constitutis et ciuitate Stendal et militaribus in aduocacia soltwedel et etiam ciuitate, necnon territorio ghardelene et eadem ciuitate et reliquis ciuitatibus, scilicet tangermunde, Osterburch, sehufen atque cum omnibus militaribus in iam dictis territoriis commorantibus Compromissimus et nostris iuramentis affirmauimus sub hac forma vniiformiter concordantes, Quod quicumque in hiis nunc prefixis ciuitatibus similiter et territoriis per se uellet violenter esse iudex, recusans et renuens nostra iura primordialia, hactenus vt exnunc et ab antiquo preconseruata, volens manu et intendens iudicare semper violenta, videlicet rapinis, incendiis, captiuitatibus siue aliis etiam violentiis quibuscunque, Proscriptus esse debet in cunctis territoriis et ciuitatibus iam quamsepius prenarratis, ita quod ad compositionem siue gratiam non debeat recipi, nisi cum consensu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate; hoc verumptamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur, et de nostro antiquo iure nobis a nostris dominis marchyonibus mortuis prestito bone memorie, Cum prouidis et honestis viris, vtputa cum tribus militaribus vel quinque burgenibus siue septem villanis probis et irreprobatis acquiri deberet. Vt autem huiusmodi supra scripta rata et illibata permaneant et ne quis eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus apposimus sigilla nostre ciuitatis werben, necnon strenuorum militarium scilicet domini Conradi de ecstede, militis, hinrici rintdorp, heyfonis de Bertekov, Conradi de canneberch, rudengheri de pywelinghe, Zabelli de suartenholt, famulorum, in sufficiens argumentum. Datum et actum Anno domini M°. CCC°. XXI°. In die beati thome Apostoli.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 51.